CANCELLARIAE ANHALTINAE, PARS SECUNDA. JN QUA NON ITA PRIDEM À QUIBUSDAM EDITA...

Jacob Keller

Digitized by Google

LVDOVICVS CAMERARIVS
LECTORI

AIVTEM dico, qua ipse non habeo; adeo in hac acerba fortuna humanitatis memor, vt mecum perire neminem velim. Sine me omnes, qui sine me esse volunt, quales Papistæ sunt, procul dubio iustam virtutem nondum adepti, quod mihi similes, factiosos homines, tolerare nescisant, materiam virtutis. Ego, mi Lector, quod iam nosti, Consiliarius Palatini Principis tui, eloquentia & ingenij gloria inter meos ferox; operam primam dedi, vt Princeps meus maior fieret, ne minor ego manerem. humilium enim est loco intra fortunam suam stare; maior indoles diriora spectat & audendum omnino illi est, qui nobilitari cupit. Adinerementum autem honoris nostri oportunum videbatur, quia Domi crescere non licebat, foris cervicem attollere, atque per speciosos gradus alieni regni solium scandere; satis amplum certe iudicauit. Si Princeps meus Rex fieret, & ego fierem. Tentauimus ergo, ingenti animi fiducia, vnicam magnarum rerum dispensatricem Fortunam, quam pro Numine venerabamur, & rebamur nobis amicam: eramus enim Candidati eius Calumniatæ, fauore Deæ præ aliis gentium dignissimi, quippe toti eius auspicijs addicti, toti ab illa pendentes & felices etiam si ipsa à nobis pependisset. Sed heu! Orbe, quo stabat, verso, infida fefellit, & quos blanda extulerat, infesta deiecit, ictu immortali, tensu æterno,

Scilicet occidimus, nec spes est vlla salutis.

Non acquisiuimus aliena, & amisimus nostra Bohemia infausto pede adita pulsi armis cessimus, cum repetere Rhenum cogitamus, armis excludimur. Ergo aliena terra, duce misericordia, qua rerula, in qua non Domini sed exules essemus? hospites pro inquilinis facti, si pendæ opem ab iis postulaturi, quibus antehac tot eramus. Ita in ludibrium hominum destituti; triste, sed salutare posteris exemplum. Princeps certè meus iniquitate sortis oppressus, & dolore

mutus, hæc miserandi exulis imagine perorat Principibus: In magna fortuna demisse viuendum, & quidem, longe infra fortunam priorem: stare diu summis non posse; neminem ascendere alienis fatigatis, nisi ad Casum: neque enim quieti locus esse potest, vnde alius deturbatus est. Qui deijcis alium, instruis alium, vt & tu decidere discat.

Sed non solus Princeps meus spectaculo Mortalibus prodit, prodeo & ego in theatrum ignominiæ, relegatique personam sustineo imparem meis humeris, quibus splendidum honorem destinabam, minus pondus. Oculos itaque, quando ita fata tulere, pasce Europa, & disce felicem eum esse Principem, qui Deum ante Consiliarios audit: nam consulendi non rarò circumsident Principem, sibi consulturi. Quid Princeps in medium afferat arrectis auribus excipiunt, sed non tam quid dicat, quàm quid velit, per blanditiam obseruant, velificaturi mox pro flatu venti, mancipia incertæ gratiæ, quam captant. Quid post eiusce modi Senatus consultum Princeps faciet? auidius faciet quod facere libebat, antequam sententias rogaret. Quid opus erat tam pretioso consessu, si iudicium penes affectum est? Cupiditas consultore non eget, vt frenetur. Mihi certè horum non ignaro inhibitus Princeps meus fuisset. sed speratus honos, tenuis ac pereuntis fumi imago, & durius illud lutum tot Mortalibus noxium, quod aurum appellamus, læuam mentem meam adeò fascinauit, vt Dominum meum, iuueni spiritu turgentem, quotidi nis sibilis inflarem magis, ac certum in exitium impellerem. Quòd si ego fefelli, quis non fallet? ego, inquam, cui nihil eorum defuit, quibus politiæ Magistri Consiliarium instruunt. Fui enim ab initio fidelis, cautus & secretus.

Fidelem inde primò arbitrare, quod Dominum in Bohemiam iter suscipientem secutus sim: eo fine, vt si ille regni diademate insigniretur, ego Vice-Cancellarius fierem.

Fidelem deinde arbitrare, quòd cùm Dominus meus è Bohemia fugit, ne ab eo diuellerer, pariter fugi; hostis ad portam erat.

Fidelissimum denum arbitrare; quæ enim maior fidelitas, quam Principem suum etiam in exilium comitari? præsertim cum alias terras hostis intutas reddit.

Cautus fui cum operam dedi, ne Princeps meus regnum abnuum recu-

rectoſ ret, & ego Vice Canuellariatum amitterem; non quilibet di-
cebo fortunas vehit.

Cautus fu-, cum iugam Pragenſem ſuaſi, ne Dominus & ſeruus
poſt pugnam Victoriæ præda ſtaremus.

Secretus tui, ſi quiſquam alius, ſemper enim in hoc ſtudium in-
cubui, vt peior eſſem, quam oſtenderem.

Secretus tui, cum domi arma ſuaſi, & foris pacem venditaui; i-
mo vel hodie adeo ſecretis deditus ſum, vt ſecretiſſimas Cæſaris, a-
liorumque Principum litteras per fraudem exceperim, reſeruarim,
& legerim, aliiſque legendas, vt omnes à Secreto ſecreta noſſent,
in publicum emiſerim, ſi non vllo Principum damno, vindictæ
certè meæ gaudio. Quod ſi quis interrroget, an nihil addiderim,
variarim, aut detraxerim? Sciat ille me non ita conſtitutum, vt cu-
rioſitati reſpondeam. Lege Lector, & crede, quod voles, ego quo-
que ſcripſi, quod volui. Edita ſunt Epiſtolæ meæ fide, quæ melior
eſſe non poteſt, quam ego ſum. Quid religionis mihi eſſet in hoſti-
um Epiſtolis? Inimicis hoſtilia facimus, facimus & Epiſtolis, vt ali-
ud ſignificent, quam velint qui ſignificant. Nulla vnquam fit iniu-
ria hoſti, niſi ſubinde iniuria ſit, vbi poſſis nocere, parcere. Libuiſ-
ſet imo vero potius explicare omnia, ſi ad omnia ingenium ſuffe-
ciſſet. Fateor igiturme longe alia intelligenda proponere, quam
alij ſcripſerunt, quam ego intelligam. Hoſtis ſum publicus, vbique
offendere paratus, ſeu vero, ſeu falſo; felix ſi alterutro queam. Si-
leant igitur Papiſtæ, nec mihi fraudes obiectent; nec ego quidem vn-
quam ipſis arma illorum tãquam inhoneſta obieci, Inimici ſumus,
inimica agimus; agant illi facta, ego verbis. Sed mea verba
falſa ſunt. quid refert? maior gloria erit, debiliori armo-
rum genere, falſis viciſſe. Vale Lector, qui faues; ceteri
me valere iube-
bunt.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

A.

Absens an possit proscribi 82.
Abrahamus Scultetus 93.
AEquiuocatio 95.
Albertus Austriacus Caluinistarum artibus a fastigio Cæsareo arcetur 67.
Anglia Rex, eiusque laus 98. *Generi facinus improbat* 62. *Genero viam ad se intercludit.* 71.
Anhaltina Cancellaria 9. 97. *fides exscriptoris* 22.
Aurea Bulla 46. 47.
Aurea Bullæ verba de Palatini iure quomodo accipienda 66. 67.
Austria meritò Hispano cura 59.
Austria superior Bauaro nexa 59.
Austriacæ Domus fundamenta in Germania 44
Austriacæ Domus securitas 57.
Austriaci Imperij lenitas & æquitas 52.
Atheismus Caluinistarum 15.

B.

Bauariæ cur Rudolpho Imp. auxilium non tulerit 27. *Electoratum meriti causa accepit* 56. *cur in Palatinum arma tulerit* 70. *quid Vlmensi actione promiserit* 98. *quomodo egerit cum Palatino* 111. *pacis semper studiosus* 115. *an belli onus in Episcopos retecerit* 123.
Bauari Legatio Romam cur missa 28.
Bauaro quando Electoratus promissus 25 *& alibi.*
Bauarica Domus securitas 58
Belgæ an pro rebellibus in Imperio habiti 103 *an eis pax procuranda ab Imperij Ordinibus* 105.
Belgici belli alimenta vnde [illegible]
Fœderati Belgij confœderati Exitium [illegible]
Belli in Germania quis auctor [illegible]
Bellorum superiorum auctores 14.
Bohemicum negotium an priuatum 81 *an & quomodo componi potuerit* [illegible] *Bohemici belli initium vnde* [illegible] *auctores* 6.

C.

Cæsar quid Caluinistis 66. *nemo nisi Catholicus hactenus* 42. *Caluinistæ an inuiolabilis* 42.
Cæsaris potestas quæ & quatenus [illegible] *ius in concedendis Feudis Imperij* 49.
Cæsari quatenus Electorum consilium [illegible] *dum* 51.
Caluinistæ a verberibus ad verba [illegible] *Conuentus Imperij infrugifero reddituum* 37. *exleges* 54. *in Hollandia nouum cogunt Senatum* 18. *a Turcis auxilium petunt* 93. *nec vecti* [illegible] *grassatores* 34. *pacem Religionis non omnes* [illegible] *hensi* 35. *non minores Confessionis quam Catholicis* 9. *diuinitus* [illegible] *calamitatum auctores* 89. *primi bellū auctores* [illegible] *an Euangelicæ Caluinistæ an & quid differant* 94. *terra Caluinistarum ante vltimam* [illegible] *tributum Turcas & Tartaros in auxilium vocarunt* 56. *an legibus egerint*
Caluinistarum anima 50. *vana contra Imperatores & Imperium* [illegible] *& Legatio ad Turcas* 82. *cum Turcis concordia* 97. *regula* 5.
Caluinistis quid redeundum 91.
Caluinistarum spiritus 5.
Camerarius Palatini Actor [illegible] *re per totum* [illegible]
Camerary [illegible] 44.

La

Carolus V. Cæsar quotiens in Germ. 29. 30.
explicata 48 49.
Carolus IV. Cæsar nupsit in Bauaria 83
Carolus V. Imp. 85. Frid. II. Bellum ei
Palatinum infert, eum recipit 64
Catholici Protestantibus antiquiores 12 vt
tractentur a Caluinistis 65.
Catholicorum scopus in bello 42. fœdus
quale 99.
vide amplius Index
animus erga Lutheranos 100.
Catholici belli scopus 9. 1. & alibi.
Catholica religionis defensio licita 34.
Christophorus Gerrolæus 24.
Cœtus Caluinistarum 17.
Coloniense bellum vnde ortum 14.
Confessionistæ non oppugnantur a Catholi-
cis 14. nisi Catholicos aperti 9.
Confessionistis & Catholicis pax est 34.
a Catholicis nihil metuendum 14. 100.
Constitutiones Imperiales 46.

D.

Dania Regis conatus Palatino datus 110.
apud Cæsarem intercedit 112
Digbio Anglo Legato quid promissum
106. 110. 113. 115.
Donauerdana causa 11.
Donauerdanæ imitatis restitutio insolen-
ter petita 64. 65.
Durlacij Marchionis conatus 2 3.

E.

Ecclesiasticis an armata defendere liceat 121
Electores primi Principes dignitate 46.
Electorum institutio vnde 24.
Electorum exilio quanti Cæsari & ibi
vendi 41. Collegium an a Cæs. tollendi
sit 51.
Electoratus Bauaris olim præter meritum
datus 83.
Epistola Cæsaris ad Regem & Palatinum 52.

F.

Ferdinandus Cæsar a Caluinistis in ex-
tremum adductus periculum 23. an ei
in bello amicorum armis contra rebelles
vti 5.
Fœdus imperiale eorumque ius 48.
Frid. Palatinus quem imitatus 2. cur
proscriptus 21. Quam mali causa 29. an
inhonestis Cæsarem 42. 44. quid
parauit bello 69. ad pacem seu compo-
sitionem excitatus 87. ab socero Angliæ Regis exhortatus, conditiones a Cæsare
tractatur 84. an Cæsari arma intulerit
118

G.

Gabor Bethlem quis 93. à Palatino tra-
tatus contra Cæsarem & Catholicos
128. & seqq
Guilielmi Bauariæ Ducis epistola deprauata
19.

H

Hæretici an puniendi 117
Hæreticis an seruanda fides 116
Halbestadiensis conatus & clades 3.
Heidelberga expugnata 3
Hispanica Domus quomodo Austriacæ con-
tendat 44
Hispania Imperio præsidio est 53.
Hispanus quid lucri fecerit ex bello Ger-
manico 56. merito curat habet domum
Austriacam 56. an Imperio metuendus
104.
Hispani consilium an in translatione Fe-
deratus pretium 55.
Hispanici Legati Epistola 31
Hollandi an cædes dandi 103.
Hungaria loca quædam cur Turcis permissa
ab Imp. 89.

I

Iesuitæ quales 16 91.
Imperium quid redditat in bellum 14.
Imperij status a quo tutandus 10.
Indutiæ a Palatinatu ad quem primum pro-
missa 96. cur Bauari displicuerint 113
L.
Libertas Imperij non solum exterorum
sed

CANCELLARIÆ ANHALTINÆ

Pars Altera.

QVÆ EST HISPANICÆ

CANCELLARIÆ LITVRA.

Vetvs Germanis dictum est, a Vadis ad Vesterni deuenit, plenumque odii in omnes continet, vti stomachi perturbandi linguæ vsum maxime prouocet. Calumniæ, vt omnes fluunt, & dictum & factum mouentes, post Vandera ad Verba delatæ sunt. Multis abhinc seculis armata Germania impulsore [illegible] aut quæsitis occasionibus Catholicos lacessendo, ac imo conflictandi securos inuaderent persequendique auderent, Religionis odio, licet non displicerent etiam regiones, quas [illegible] facerent.

In Bohemia fato vrgente vesaniæ initium dominatus ab vnius, & affecto Libello imbuit Caluniano spiritu ebrios in dæmonis præsidium templum ædificandi. Cum debellaretur fundi Dominus, & temeritas non inueniret patrocinium fraude quadrifidæ Prouidentiæ dictæ, quæ [illegible] vellit omnia retorsit. Proceres vrgentis [illegible] per Iuratorum arcem, atque ex alto per fenestras ejecit, cæsimque fecit diuersos. Calumniæ [illegible] pulsi tribunalis, si obtinere nil possint, in libellum [illegible] sententiamque ad cum sanguine scribere. Tympana mox misceantur vsque Tarantantara Martis; scriptus Miles, scriptum Regni arripuit, exitu per summam perfidiam Regis reuerentia, prouinciæ [illegible] dine [illegible], & in [illegible] foederis socios, ad defendendam Religionem potentes, quam extra turbauerat prætextu, pro vindice vsurpari voluere. Mutuis [illegible] [illegible] ingenia, varia tyrannidis politicis remoliuntur & [illegible] in [illegible] concordia, amicus, quadrabitis, & vt suus Capite quoque [illegible]

religionis hæc regem creauére Regulum Heydelbergensem, cum ... nori magis omnino consuluissent, si nullum detulissent. ... ipse Sallij appetens armatur cum armatis in Cæsarem, legitimum ... niæ regem, belloque etiam Austriam lacessit, quasi Regni ... esset tanto raptore. Cæsar à Caluinistico furore victima ... iter obijcit, extractosque Austriæ hostes ad Fragam & ... & ... cum magno prælio contudit, spesque Caluinistarum per Bohemiam ... perpetuum afflixit, memorabili clade.

Sensit & Mansfeldius licet absens, atque intra Pelisæ ... tens ad hunc aduersæ pugnæ ictum, in intimo tamen animo ... interius altero anno in Palatinatu copias suas, metuendus ... Bauariæ quam Bohemiæ. Tillius Militiæ Bauaricæ ... mittum armis Elsenbogium, adiuntam vere Mansfeldianam ... fines Bohemiæ castra contra castra locando tamdiu mor ... Serenissimus Dux ipse, capto per vim Chamo, Mansfeld ... net. Intercludi à duobus exercitibus exitiabile sibi ... feldius, vni impar; nec fugacissimo Duci exitus ... eludem meliori veritate Caluiniana vsus, hostem ... Cæsari fidam dexteram pollicetur, cum Bauaro ... dum exercitum & exauctorandum spondet, omnia ... seruaturus.

Abit igitur suo mendacio tutus: vbi longius ... interuallum ademit metum, ingenium ostendit, ... non sine graui, quà transibat Incolarum malitiam, ... depopulaturus Catholicorum terras. Primum ... ckentalij obsidione, in agrum Spirensem fecit ... omnia depopulatur, arces & oppida occupat, ... bellicæ Calamitatis omittit. Præludebat ... in Catholicos iturum, atque ea re Tillium ... siem prouidere quæ ... Hiam capere cuique, ... gitq; vbi de ... compellit a ... Vere ... quietem ... tum ... Gens

[illegible] se expediuit, operam dedit, vti vrgentis ne esset, amica [illegible], iuncto sibi Caroloco Hispano, Teuto impigro, ad VVimphinam Marchiæ Comitem, in cuius [illegible] Clivensis præsidentem pugna fusit, omnibusque impedimentis quæ, tum breui [illegible] vti Mansfeldius Imperatorem fuisse dictionis [illegible], nisi clausus.

Interea Mansfeldius Landgrauium obsidere, ac [illegible] præsidio, vrbem propè expedibat. Comperto deinde Marchionem periculum cauisse, per fraudem metuens, captisque ad Manheimium Rheni trajectum repetiit Alsatiam, vti, quod hactenus fecerat, reliquum belli militari tributione absolueret.

Deinde, vt memorauit, Ducatûs Halberstadiensis Princeps, robora & viribus ferox, atque erum [illegible] Paderbornensium spe abilitis, suppetias tentat rebus in Palatinatu prosperandum conclamatis cum exercitu ad Rhenum mouit, cancellarium Mansfeldio, qui ex Alsatia ad [illegible] aduocarit, ponti nollet. Sed Tillius Catholicique [illegible] [illegible] [illegible] obtutum Halberstadiensi, & hostium [illegible] [illegible], nec solum [illegible] [illegible] ad certamen, quo omni propè [illegible] [illegible] cum paucis millibus bene [illegible] [illegible], [illegible] rabidum [illegible], vt [illegible], [illegible] [illegible] Mansfeldius [illegible] dubio Mansfeldium obsessis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Darmstadienſi, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

confugerant, saluti fuit. Dedita & illa deinceps, sine sanguine. Manhemium restabat, par validissimis Germanorum propugnaculis, & in quinta spe omnis Calvinianorum erat, neque credebat quisquam præter Tillium nisi longissimâ obsidione occupari posse. Occupauit velocitate & feliciter, ita quidem, vt hostis ipse prope auidius exiret, quàm ille intraret.

& Manhemium,

Hinc secula discant,
Indomitum nil esse pio, tutumque nocenti.

Amisso igitur Manhemio, cum nihil rei & spei superesset ac hostes, qui prouocabant primi acerrimi contuli, tuberibusque liuentes, & sanguine rubentes, vt supra dixi, ad verba decurrunt, ad linguam & calamum & quidem ad virulentia linguæ pugnent ex calamo, linguæ stropulo, haud magno acumine confecto, calamus autem Caluinisticus, & abominabili parte post tot commissa piacula sceleris purus, innocentia ipse innocentior, pacis priuatæ amantissimus, belli detestator, & Catholicis multipliciter accusator acerrimus, nempe haud dubie peccatum est, quod Catholici sumpserint arma; his enim quietis Caluiniani, quæ sperabant, tum reciperasse sunt, tranquilleque viuerent, imo adeo ipsi etiam viuerent tranquilli Catholici, quia cum amisissent omnia non amplius haberent, quod perderent. Nunc omnia fluctuant, spes vtrinque, metus vtrinque, quæ penes victos; dolor & oppressæ ambitionis indignitas illectorabat.

Inter alios facundiâ eminet auctor Considerationum, quas Hispanicæ Cancellariæ præfixit, nisi nidor nares fallat Camerarii, celebrissimi Palatini Achitophel, qui Principem suum vinì cum Achitophel Absalonem pravis consiliis euertit, cuius iam infelicitatem alienis auidus deplorat; cæcam ambitionem suam debebat. Principem facile eos excusat; Consiliariorum facta nulla venia mitigat. Ipsi certè, quæ superba Caluinistica est, imprudentiæ conuitium rebus integris nunquam tulissent, sed neque iam fatebuntur, etiam si errorem eiurare gestirent. Stultitiæ litasse. Fatis cuenta potius tribuunt, neque Spiritum sanctum fuisse autumant, sed sortem, cui plurimum in humanis tribuunt. Ego vero Deum Superbiæ arbitrum excitem, ita etiam vindicem, qui superbos illa Caluinistica, vt nomen ait, despicit, pœnisque persequitur mentes spiritus. Prima itaque sapientia fuisset Deum contemnere, reliqua spernere: Altera, post fortunam istum errorem ignoscere, & ad sanam mentem redire. Nouerunt enim Caluinistæ præfectum Camerarium meum, quam hac re mihi turbas quouis Erynnis sollicitudo cum tota Deorum re, familiæ est, sed vt omnibus omnes displicent, ita nec illi omnes

Daniel

[illegible] eloquentissimus Camerarius, ne Considerationes suas mi[illegible] confirmatas complet, & cum parum superesset membranæ Chartas, quàm [illegible] habebat cum Lectore suo agere, de finiendi consilium [illegible]

Sed dic quæso, quinam est ille Camerarius? An Camerarium Auctorem Considerationum prodis? quasi vero nemo alius nisi Camerarius Calumniator præter Camerarium? Calumnias, fateor, Camerarius, neque enim aliud mihi videntur quam Considerationes quæ leguntur, vt adhuc non vigeat tota memoria eorum, sed & oculus lacrimet.

An author Camerarius

Deinde paratè deprehendo, Arrem aut acu tangam, si Camerarius non scripsit Considerationes, tumultuosus ille scripsit, ita vt error meus inter similimos aut nullus sit, aut exiguus.

Demum suspicionem meam nullis quæ arguere Camerarius potest, firmare mihi in animo est, dicendus ille omnino sit, qui in tanti gravitate momenti, Considerationes pro Calumniis, Considerationique & Calumniæ pro Considerationibus, cum Cantabrigiensi quodam Theologo, habeat. Ille est & ipse in via; dum enim in Bohemiam se gloriosum proficisci putat, in exilium venit.

CAMERARIVS.

Viua demonstratio causarum præsentis in Germania belli Religionis ergo suscepti.

FABIVS.

Tu vero, mi Camerari, vt omnia videam, Considerationum tuarum liberum ille, illorum bellum esse demonstrem, quæ nec tuæ & Considerationes nostræ, quibus ista non fiunt, quotcunque sint, nec veræ, nullæ sunt. Quid quæso tua viua demonstratione præstabis? mortua illa est, non vita, sensu, vt philosophicè loquar, motuque caret: & hodie & dudum mortuæ; quanquam vitam ex parte non negarim, saltem alienam, nimirum calorem tuum affectus nempe omnes versus se insinuat. & vigent negotio denique tibi tua vindictæ spiritu, cornu ferit illa, caute. *Viua demonstratio causarum præsentis in Germania belli Religionis ergo suscepti.* Bellissime rei Camerari, aptius nihil ipsam nominasti, qui apud Delphos tripodi præsidens Religionis bellum appellis Caput eius, quod Catholici nuncupant: Quis enim

De causis libri.

enim alius Auctor belli in Germania quam Calumniatores sint falsis fucatores?

Anno huius sæculi 7. 8. cum Ratisponæ Cæsar comitia indixisset, & subsidia aduersus Turcas postulasset, non magis fauentes Catholicos quam ipsos Turcas inuenit; nec desirant vel iam tum principia belli, si tantum adesset, vel causa perdita fuor. Biennio exinde Europa Turcam parturijt, & anno decimo demum fœcunda in Asiatum vitam enixum magno cum terræ illius detrimento, vicinarum periculo, quod fœdissime etiam in perniciem euasisset, nisi & Catholici vim vi defensi pari militem scripsissent. Quid anno 19. Norimbergæ in Calumniatorum concilio actum nisi de exitio Catholicorum fuerit? Missi hoc nomine ad Bauarum Electorem Monachium hostes-potius, quam legati, adorti sunt, eorum vultus, ut cuncta verbo, minæ feroces, vt gerere cum bellum, non inducere viderentur. Indixerint tum tum bellum, dicet quispiam, fatebimur certe, non illo quidem solemni ritu, quo Reges alijque Principes consueuere, sed postulatis adeo iniquis, & tam aperta denunciatione non prescripta temporis meta fieret, quod petebant, vti nemini dubium esse debuit Annibalem ad portas esse. Ergo & a Catholicis coactæ sunt, quæ innocentiæ præsidio essent; hasce certe ita dein ad Vlmam tremuere, vt pœnituerint, qui bellum cogitabant.

Nihil iam de Bohemis dicam, licet in aperto sit ab Germanis Calumniatorum flamma incendium in Bohemia coortum: Quis enim bolsena Cancelleria Anhaltina, qui plus lucis desideret? sunt in illa denudatæ nationes vestræ detectæ sunt nudatæ: sunt Europæ propatulæ, sunt Syncatæ, & quidem non dico cum pudore, qui [illegible] sed cum magno dedecore vestro, quod nullum vsquam temporis diuturnitas

Vrbis igitur Bohemia Matis primis pactis [illegible] tum fœderis fœdus Icto, Catholicis Principibus [illegible] terras ac prouincias belli præmia diuisit, cum in Bohemiam hostilem intulit, erepturus Cæsari Imperium, Cæsarem imperio.

Quid inuile aut cogitationis aut facti perpetrauere Catholici Germ. Hæretici prouinciam prædæ destinarunt? quem [illegible] fuerint quoque, quod lucra tantilla contulerint; quod exercitus tua auxilia promiserint, fœdaque percusserint, tandem [illegible] causa fecere; prospiciebant animis conglobari tempestatem, & [illegible] ta atras nubes, daturas tempestatem ac vastitatem rerum Catholicarum. Agitur ne nudos atque intectos eos procella adoriatur, nihil primo pœnitunt, non vt [illegible] nihil [illegible] Dies [illegible] caco Principe [illegible] [illegible] quid res gerebatur [illegible]

[illegible] inuitos, quam vestra [illegible] suis astuta non erat, [illegible] Quod quia [illegible] hoc susceptum [illegible] Religionis [illegible] vt rursus [illegible] & vos [illegible] quo, [illegible] ut ius id nos [illegible] [illegible], & [illegible] Religionis pu- [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], Deus [illegible], quod Pra- [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], & [illegible]

CONSIDERATIO In

CAMERARIVS.

Scopum vnicum ecclesiæ in Germania istius cuius belli, & promulgatæ [illegible] præscriptum a Fridenico Electore Palatino, hoc fuisse,

Cùm vt Ramistarum sanctissima Religio vbique locorum [illegible] Imperij; tam vt extirpentur omnes in vniuersa Europa [illegible], *Euidens [illegible] [illegible] [illegible]. Hæretici [illegible] [illegible], quæ [illegible] [illegible], & [illegible] [illegible], sed vt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

signa religionis suę indole bella ex bellis serere, veterem Religionem ferro euertere, sacra omnia excindere, in bonorum fortunas grassari, proscriptis & damnatis supplicijs mactare, & sine Religione vanissimam Religionem ferro & igne agendo propagare: exempla non adfero: cognita sunt Camerario, & hodie cognita. Scire porro liberet quos Camerarius hoc loco Euangelicos intelligat? an Caluinianos? ægrè ferent id Augustanæ Confessionis addicti, qui & ipsi hoc titulo insignes, quos finamus de dignitate suâ digladiari, videamus quid causæ sit cur potissimum Caluinistæ Euangelici appellentur, quia Euangelio obediunt? Deuotissima scilicet Euangelio natura, omnium mitissima, non contumax Euangelij paret; nec spiritus gerit ex eodem fonte haustos in Eumenidum Scholis eruditus, implet Europam furore, & tot, heu me sentio, iam memoriæ subit iure Caluinistas hoc nomine gloriatos, nequissimoque Euangelicos appellari; si enim Scipio alter dictus est Africanus qui res Afrorum euertit; si dictus est alter Numantinus qui Numantiam excidit, quare Caluinistæ pari iure non nuncupentur Euangelici, cum Euangelium omne euerterint, & ex Sacrosancto Bibliorum codice sacrilegâ manu permultos libros exciderint? Euangelici enim Caluinistæ sunt à sorte opere & à clade funesta Euangelio illata; ita certum gerit, vt in locis a Caluini satellitibus occupatis, vix amplius Euangelium reperiatur, & sint ipsi similiores in Religione Turcis, quam veteri Christianorum Ecclesiæ, quos nulla re referunt, nisi verbis.

Caluinistæ quales Euangelici.

Præferuida autem Catholicorum cupiditas non solum bello Germaniam inuasit, sed etiam causa fuit, vti proscriberetur Fridericus Palatinus. Scilicet Camerari Catholici omnem culpam ferant: Fridericus proscriptus est, non quia Catholici voluere, sed quia ipse voluit, vt proscriberetur. Cæsar regna & Prouincias inuasit, sed infelicibus Dominis sui nunxit. Pulsatus & pullus superstitum adhuc spiritu iam nouas opes, noua auxilia conquisiuit, rediturus non emendatus, non simplex, sed aduersa fortuna ferocior, nec gratiam, sed bellum reportaturus. Hæc causa proscriptionis, quam tu non malè in commentarijs, quia e inimicum promulgata est.

Quare Theologi eos Hæreticos intelligunt, qui secedunt à Romana Ecclesia, quid Theologos interrogas, quid eorum dicta non magni? Hoc mei muneris est, attamen & tibi etiam aliquando amicum, & tuosque ab hoc conuitio facile vindico: nam si sacri Theologi dicunt, hæretici dicuntur, qui suo animo quædam capita fidei eligunt, quæ credant, plerique Caluinistæ nulla eligunt, sed omnia abijciunt, quomodo ergo hæretici appellari iure possunt? Religionem hæc habent, non eam Confessionis Augustanæ professionibus pactis & foedere deputatam, vtrique parti Religionis; vtrique permissam, vtrique promissam. Sed

Cal-

Calumniæ alienæ pacis inserpunt, nituntur que esse soli, cùm debere nt offendi.

CAMERARIVS.

Scopus ille, etsi multis aliis documentis probari possit, tamen unus haec meridiana clarius omnium oculis patet ex actu publico, & impressis aliquot Epistolis, quæ nunc in manus hominum peruenerunt, & quarum duo genera, quæ summis, quàm inferioris Ordinis hominibus, visa recognitaque fuerunt, & in fidelibus custodiis asseruantur; sic vt fides rei nullâ ratione in dubium vocari possit. Tellus etiam est vnicuique sua conscientia. Et Deus, qui καρδιογνώστης est, & opera hominum inspicit, non irridetur, nec falli potest.

FABIVS.

Quod finis Catholici belli fuerit euersio Euangelicorum, & proscriptio Palatini, inexpugnabili probat argumento Camerarius; acta publica in medium, Epistolas summorum Principum adducit, quæ si momentum non habent ad demonstrandam Euangelicis Catholicorum malam mentem, Polyphemo cæciores sunt, huic enim vnus oculus, Euangelicis nullus. Agedum aperiamus Euangelicis oculos, & inspiciamus acta & epistolas; sed principio, quam oculos fatigemus, libens pernosscrem vnde Caluinistis copia facta harum litterarum, & quo iure vulgarint? Non dubium ab initio anni cum iusto bello caperetur Praga, cepimus vna Caluinistarum Apocalypsin, auctoribus ipsis pudendam, consilia, inquam, eorum, technas, fraudes, machinationes contra Catholicum orbem, & quia in publicum dedimus, vti pernitiosæ Reipublicæ molitiones omnibus paterent, in id incubuerunt Caluinistæ, vt & Epistolas nostrorum Principum, aut comprehensis per vim veredarijs, aut corruptis eorum præfectis interciperent. Quæ quæso licentia Camerarij iure belli dices, quia Epistolæ hostium erant Accipio tibi causa hanc causam, sed effare & tu vicissim, an Cæsarem etiam inter hostes censueritis? an ire quoque belli eius Epistolas inciderit? Si ius belli hic valet, & Cæsar hostis est, perduelles estis, qui in Cæsarem arma fertis: Si Cæsar hostis non est, rei læsæ Maiestatis estis, qui sacrosancta eius litterarum signa conuellitis. Improuida calliditas! An non vobis vnicum fuerit innocentiæ adhuc fuit, vos nequaquam Cæsarem bello lacessire, sed de Domo Austriaca Archiducem? vt alios taceam, Palatinum ipse ius Cæsar coronauit Bohemiæ regnum, priuatam præfectionem Domus Austriacæ inuectarum Epistola ad Imperij Status data Hagæ Comitum 5. Nouemb. Anno 1620. pag. 138.

Cancellaria Anhaltina.

Excidit veritati vel inuitus, & confitemini ipso facto vos Cæsaris hostes.

Turbis à Caluinistis artis.

Sed obseruemus qua ratione malis artibus captæ litteræ causam subministrarint bello, ne vanus videatur Camerarius, qui veritati tanquam vnicæ verborum suorum Deæ quotidie thurâ adolet religiosus Reipublicæ sacerdos. Bellum hoc nostrum ciuile decimo septimo huius sæculi coeptum apud Bohemos, vigesimo in Palatinum agrum ab Spinola illatum; a Bauariæ Duce post pacem Vlmensem, in Austriam Bohemiamque, & memorabili prælio Bohemorum res accisæ; & Palatinus regno, quod inuaserat, pulsus. Hæc adeo in aperta luce sunt, vt infitiari ea, ne impudens quidem possit. Asseriam litteras nostras Camerari, & monstra quo anno, quo consule, quo die sint datæ? omnes posteriores dimidio bello sunt nihil in illis de inferendo bello quod pridem vos iam inchoaueratis, nihil de insidiis euangelicos consilijs, omnia de futuro, de hostibus comprimendis, de parta rebellium, de quiete stabilienda, de securitate reipublicæ retinenda; aut vos fuistis tecta consilia conferre in capita & fortunas nostras cætus facere militem parare, Regem Bohemiæ pellere, alijs principibus exitium meditari, vobis principatus alienos destinare, nobis bellum Norimbergæ denunciare, & nobis ne as sit vas grassatores compescere, consilia per literas dare, aut exquirere, vt in tuto deinceps simus, & agamus? Dem locum habet numne scribimus, quia quod ille meruit scribimus; vos non ea consilia solum, sed etiam, re ipsa, molitos estis etiam innocentibus perniciem, & periculo nobis sit mulctæ fontium meminisse? Nos turbulentum Principem cum tanto reipublicæ periculo nunquam pristinis dignitatibus restituendum scribimus; vos plerosque Catholicos principes, pacificos omnia alia quàm hostilia cogitantes, relegandos, & scripsistis & vt extorquerent laborastis. Vtri meliores? sine dubio Caluinistæ, excellunt enim, & vincunt cum facinoribus certatur. Asserues igitur fideli, quando tibi vis, custos nostrorum Principum litteras, nullum dedecus nostrum vltores; de iniuriarum vindicta criminum agunt; de malo iam nobis illato propulsando; nullæ de inferendo, nisi in promeritos, inter quos tu princeps. Sed pergamus.

Catholici defectione cogitarunt.

CAMERARIVS.

Ad scopum autem illum nullam magis expeditam viam esse inuenerunt, tam Aulicâ Romanâ, quam Cæsareâ; quam si Electoratus Palatinus transferatur in Bauariam. Hoc Cæsar ad Balthasarum Zunigam epistola luculenter ostendit, cum scripsit: Translationem illam toti imprimis Imperio fore vtilem, atque adeo maximè esse necessariam, nullumque differendam. Toti Imperio quidem ablato Electoratu Palatino à communis Euangelij cum coepit, ita prorsus euenisset, & translato in Ducem Bauariæ, Catholicæ Religioni accessisset Dei clarissimi (qua laus illi diuâ Hyperia tribuitur) in Patria

Ducatu suo olim, & nuper Donavverdæ (quæ Imperialis Ciuitas est) fecit, Papatum introducet. Atque adeo illius zeli singulare documentum dedit: quod iam multis in locis Palatinatus, Missæ Idolatria conspicitur: quod Iesuitis primarium quoddam templum Ambergæ concessit. Sic cum in superiore Palatinatu Bohemiæ vicino, tum in inferiori ad Rhenum. Papatus radices agente, facilime dictum, in alias adiacentes Euangelicorum statuum regiones diffundetur.

FABIVS.

Scopus nostræ militiæ fuit, vti iam supra dixi, pax & securitas nobis fragili titubans loco, imo iam prolapsa, rursus firmanda, & neque aquarum euersio Protestantium, neque vt Electoratus transferretur in Bauariæ Ducem, sed ne Palatinus pro libidine, aliorum iniuria, aliorum periculo, regnaret. Et quid tu criminis esse censes posse tam atrocia Palatini facta, seu Romæ, seu in Germania, contilijs agitari translationem electoratus in Bauarũ? Non visum fuit tam inquieto ingenio tantam potestatem nouis rebellionibus opportunam rursus credi: & procul dubio ad communem pacem faciet, si Bauarus potius in curia præsideat, quam Palatinus omnium veterum & temperatum, aut Aeolus aut Æmilius.

Sed Bauarus in terras occupatas Papatum introducet; Hem quale facinus, si quas terras Cæsaris nomine subigat, pro arbitrio modestiæ! At quæ etiam ais Insulam olim Dei cultum Papatu introduxerit? Non intuiti mi vir, Papatum sed iniuriam & a maioribus illatam intulisse, magnaque ea illustrationis tibi obuia, quæ amborum dotes fortuna fouerant. Sed fac in duxisse, bene ac prudenter factum dicerem. Si Caluinismum induxisset, iam ipse educeretur, hoc vobis Caluinistis ingenium est, vbi vires fuerint, vti Principes Catholicos cogatis infanda vel facere, vel pati. Hoc vnionistæ Cæsarem e Bohemia aliisque prouincijs eiecit, ab hoc vno etiam ex alijs eijciendus erat, nisi victor gladius obstitisset.

An iccirco Catholicam vel germanam religionem statum reducere.

Sed Donavverdæ temordeat, vbi nulla illata vi, si quidam Sacerdotum cura & cultura Ciues ad Ecclesiæ nostræ gremium se conferant, quid laboris fructum inuides? tui quoque Prædicantes vbi vbi locus est, non omittunt Euangelij sui semina spargere ad sementem Gracchanæ fabulæ, quæ seditionẽ accuset, & concitet. Ambergæ quoque, quod tibi cor exedit, sacrum Missæ officium celebratur: Di tam inuisum spectaculum auertant! pollutur terra victimis Catholicorum: vt omnia Caluinistica sacra perficerentur, vt omnia Religiosa & sancta pijs custodiantur, nihil sacrum in vllo planè nihil religiosum sit, nihil sanctum sit sanctitatis apud Deos immortales, egregiè prouisum esse & facere. Quid enim superest nobis, Concerari de Religione veremini tres vnciq; quidem de omni Cor Illustrissimo Sacramenta omnia abrogauerint impij de vobis cælum intrabunt, aut nulli, Ambergæ

Christi imago, imo nec Dei cultus quidem; exeunt, intrant haud alio ritu quam in tabernam: pileus capiti semper fixus, nec ad nomen Iesu ponitur: & nec ipsi Caluinistæ dicere ausuri sunt, vbi pietas apud ipsos habitet. Cæna quoque ipsorum commodius in caupona dispensatur: licet ibi maiores boues ingerere, largioremque haustum se inuitare; in templis, tametsi plus sitis sæpe sit, aliqua tamen, quæ paruula supersit, honestas facit, vt pigeas hauriasquam velis.

Caluinistarum Atheismus.

At animum tuum honoris diuini anxium mouet, quod Missæ Idololatriæ, vt tu loqueris, conspiciatur Ambergæ. Magnum malum est Idololatria non diffiteor, & à quo liberi sunt Caluinistæ, qui adeo ab omni diuino cultu abhorrent, vt dubitare liceat an Deum adorent, ego nullum vnquam vidi flexo poplite numen venerari, quin potius ipsi pessambitionem arrogantiæque fastum idola repræsentant, quam cuiusquam cultum? Ipsum Iouem in genua ipsum paterentur, modo ipsi starent. In Missa, Camerari, Christum adoramus, quem specie panis latentem credimus, quod id Christus credi iusserit, cum dixit: Hoc est corpus meum. Sed in Theologiam me non intromitto, ne vna cum Camerario nihil intelligam, satis est, quod ipse cum fuit in hoc genere deliret.

Metuis vero admodum ne Elector Bauarus Catholicæ Religioni addictissimus solenne suum teneat, & vicinis Bohemiæ Palatinatuique terris aliquid de Missa affricet: quia cum paries proximus ardet, facile quoque amburitur vicinia. o curas Caluinisticas! an non in Bauaria Palatinatui superiori vicina tot iam annis Missæ lectæ? quæ inde contagio peruasit Palatinatum, vt idem factitare vellent? Vos Caluinistę meliora exempla non capitis, mala datis. Licet certè nobis esse probis ac pijs sine vestra æmulatione; cum technis & fraudibus certatur, vincimur à Caluinistis.

CAMERARIVS.

Imò si Euangelici hoc tam triste exemplum in Electore Palatino (qui primus inter ipsos, & hactenus in comitijs, aliisque conuentibus publicis Directoris partibus communi omnium consensu functus est) admittunt; tum nullum amplius impedimentum superest, quin sub quocunque prætextu (qui potentioribus nunquam deesse potest) mox hunc, mox alterum ex Euangelicis statibus proscripturi, atque eius ditiones in Romano-Catholicos translaturi sint. Hoc pacto paucorum annorum spatio totum Imperium sub Papæ obedientiam & iugum reduci potest.

FABIVS.

Frustra tubam inflas, Camerari, & classicum occinis, non persuadebis illi exemplo tuo, vt in partem rebellionis alios Principes trahas. Triste exemplum illi admittunt, qui vos communidiu, sed tragœdiam spectare re-

Protestantibus a Catholicis nihil metuēdum.

mus, nisi vos dedisletis. Nihil cuiquam quidquam à Catholicis metuendum; nisi illi, qui metuenda facit. Status Imperij, quos vulgus, Protestantes appellat id non ignorant; decurramus eos annos ex quo germani & fideles inter se pectora religione dissenserunt. Centum & amplius anni sunt, ex quo lites de Diuinis ortæ, quid toto hoc tempore belli ac tumultus concitarunt Catholici? quem Protestantium armis petiuere? cui ab his prouincia adempta? quis terris suis pulsus? cui oppidum captum? cui arx sublata? cui domus erepta Catholicis armis? Bella quidem aliquot gessimus, quia bello appetiti fuimus; nemo contra quidquam à nobis passus, nisi quod fecit. Rustici primo Munzero Duce ac Caluinistico tubicine Germaniam sanguine nobilium, & terrarum vastitate defædarunt, nos furorem Zvvingliani Euangelij solum compescuimus. Smachaldici deinde fœderis Principes Carolo V. bellum indixere; accepit illud Cæsar, & egregia victoria confecit Colonience bellum libido septemuiri Religionis Catholicæ desertoris mouit, arma armis oppositere Catholici, primi non intulere. Quod si tum fortuna impijs conatibus fauisset, ademisseteque Catholicis in septemviratu votum, bonum factum apud Caluinistas fuisset. Imo quia è re sua censebant tantæ dignitatis ad suas partes accessionem omnibus Caluinisticis desiderijs apetiuere, armisque socijs, rebellionem illam aluere; & iam scelus arbitrantur, Electorium munus iustæ pœnæ loco Palatino proscripto ereptum ad Bauarum redire, cui ad idem vetera & potiora iura sunt. Geminum Argentoratense bellum Catholici non concitarunt, sed propulsarunt. Bohemici iam nostri, & Ciuilis in Germania belli, quis Auctor? Proceres Caluiniani vtique ab Camerario, à Plessenio ac similibus furentis spiritu inflati, Martem sibi infaustum ex Orco euocârunt. Quis à verbo vel digito tactus, qui no non tetigit? Itaque Camerari non est quod timore Protestantes impleas, bona & amica omnia ab ipsis speramus accepturi a nobis eadem, neque quisquam Principum vnquam proscribetur, nisi qui futurus sit tuo similis: nullius ditio transferenda erit in alienum qui sua contentus viuet. Rebelles proscribuntur, alienorum vsurpatores suis terris mulctantur; quietis ac fidelibus nullum periculum. Intacta pacta ac fœdera Religionis nobis stant inuiolata, tametsi vos Caluinistæ multa verba contra iactatis; omittite verba, facta ostendite, quorum quam turbauimus, aliquoties vindicauimus lacessiti. Quiescite verbera, mi Camerari, Religio Protestantibus in tuto erit, si nos ab ijs fuerimus.

Superiora bella à quibus concitata, & quo euentu gesta.

CAMERARIVS.

Et hoc sine sensu, asseritur; Negotium illud translationis, quod vocant, tractant, vniuersæ Germaniæ ab Hæreticorum machinis vindicandæ pro-

fuit-

Germaniæ esse. Vtendum igitur diuinitus concessa victoria ad extirpandas reliquias Hæreticorum fautorum. *Nec est quod quis putet, solos hic Caluinistas petere. Dicitur quidem,* Ab his tantum illata publicis nomina sacris. *Sed non minus Lutheranos pro Hæreticis habent, & odio prosequuntur, quod sacra Caluinistarum simulant; rem ipsi Epistola ad Zuingliam non obscure confitentur.* Saxoniæ Electori non æquo animo laturam translationem Palatinatus in Bauariam, quod ex ea rem Catholicam nimium augescere vereri possit.

FABIVS.

Non defugio quemcunque arbitrum, qui ingenia Caluinistarum & Catholicorumque perspecta habeat. Quisquis ille est, sentiet certè translationem Electoratus in Bauariæ Ducem vtilem sanctæ Germaniæ profuturam esse, quia labem Caluinisticam ac turbine tot tempestatum sublato, pax fida & constans Germaniæ nonnè ibi parenda est, vt in aperta luce sit patens & pacatum Catholicorum pectus? quod infidum fuisse quietis, nulla exempla docebunt, nec Caluinistæ quærumulæ diligentes in alienis vitijs vulgandis vllam proferentio quam vellent nos similes sibi fuisse: iam acerbum exemplorum affunderent & gauderent nos peiores, vt ipsi paulo meliores comparerent. Si Catholici victoria vtuntur, & Furias Caluinisticas ad pacem imperio obtinendam exterminent, non tam iniquo animo Caluinistis adspiciendum est, Vt ipsi pari quisserimus, & quidem cum magno fœnore. Sentiant & ipsi quas iniuexere calamitates, exemploque sua pacem turbatam sanciant. Tauri fabricator alieni Perillus in tormentis, quæ alijs parauerat, primus immane mugijt. Quod eodem animo in vos & Augustanæ confessioni addictos simus, non ostendes; vos rebelles iudicamus quales estis: illos non iudicamus, quia in Imperio rebelles non sunt; & licet hæreticos omnes eos Theologi appellent, qui à Catholica veritate desciuere, pax tamen in Germania ac concordia cum Augustanæ confessionis cultoribus seriosa sint, quam vt nolim vellimus ciuibus politia nostris ac quietis. Certè quam diuina pacem amabunt, habebunt. Saxoniæ Electori non defecit à Friderico Palatino in Imperij leges grauiter commissum, atque ideo etiam arma pro Cæsare sumpsit; nec iam iniquo animo feret id alteri deferri, quod alteri in pœnam ablatum est, hanc autem pœnam fatebitur iustam, cum agnouerit culpam, alioquin Cæsari armato nimium fuisse. Restituantur Catholici tranquillitati, & crescant pro meritis, quid Electori Saxoni periculi imminet? Quo maior bonorum copia, minus malè parta tuendum est quisque capace fruitur, quæ parat. Verum adhuc, pro eo Caluinistes, iniurias à Catholicis illatas, posthabitis illatis illi intulere, tales epistolas, religione nostra crescente, quid dubita vis, non fregerunt a capitis increpet, vt alienas vtimur, latum nobis nostra sūt. fruitur

Palatinatus Electoratus vtilis.

Saxo Elector Palatinatus inuasor.

Saxo Elector Palatinatus inuasor.

suis, sed & sinant nos frui nostris. *Ex est quenique suo, vel paupere, viatis censu.*

CAMERARIVS.

